

9

CONNUBIUM  
CANDORIS & HONORIS

SEU  
FILIALIS ADPLAUSUS

CUM  
REVERENDISSIMUS EXCELLENTISSIMUS  
PERILLUSTRIS, AC AMPLISSIMUS  
DOMINUS DOMINUS

INNOCENTIUS I. <sup>1148</sup>

SERENISSIMI, AC POTENTISSIMI PRINCIPIS  
ELECTORIS BAVARIÆ

CONSILIARIUS

INTIMUS ACTUALIS

CELEBERRIMI, ET EXEMPTI MONASTERII  
WEICHENSTEPHANENSIS

A B B A S

DIGNISSIMUS

NEC NON

INCLYTI, ET EPISCOPALIS LYCÆI FRISINGENSIS

ASSISTENS

PERPETUUS

P A T E R

AMANDISSIMUS

Annuatim Electionis Abbatialis celebraret Memoriam, Musico  
in Dramate exhibitus.

FRISINGÆ, typis Philippi Ludovici Böck, Typogr. Aul. nec non Lycei.

CONIURUM

CANDORIS & HONORIS

FILII AD PRAESIDIUM

REVERENDISSIMO



CONSTITUTION

CHURCHILLI, ET ERANT MONASTRIUM

DICENDI

INDIGNI, ET PROPRIO

ASSISTENT

FRANCIS

P. A. T. E. R.

A. P. P. P. P.


Annuaire de la Commission de l'Enseignement Supérieur, Paris

Paris, Imprimerie de la Commission de l'Enseignement Supérieur, 1888



REVERENDISSIME, EXCELLENTISSIME,  
PERILLUSTRIS, AC AMPLISSIME  
P R Æ S U L,  
PATER AMANDISSIME!

**N**on abstrusum adeo præsentis Dramatis ænigma est, ut Oedipus indigeat, dum, quemcunque nova Excellentissimæ Paternitatis tuæ dignitas, & nascitura inde fecunda Monasterii spes haud latet, is genuinam Honoris, & Candoris faciem prima vel ex fronte cognoscet; deceret equidem hic Paternum plane, quo filios amplecteris Amorem; & rarum profectò tam critico isthoc sæculo candorem, Monasterii denique, DEIQUE cultum quò opere, qua doctrina exornandi studium panegyrico, quantocunque possemus calamo depredicare; sed volumus in ipsum, Reverendissime Præful! peccare Candorem, qui ad laudes tacere non minus, quam ad Honores latere tuo ab exemplo didicit; quod itaque invito vetitum Monacho, liceat id saltem Poetæ, hominum, Superumque de te, Amplissime, ac Amandissime Pater, Menti, famæque brevi modulamine præludenti:



**J**uno Tuam cernens, PRÆSUL ter Amante, Columbam.

Pavonem à curru jussit abesse suo.

Hanc videt, & fratris testata Diana quadrigas,

Nostro haud est Nemori pulchrior Ales, ajt.

Videre Hanc Musæ, procul aufuge Pegase, clamant,

Est Avis Aonio dignior ista choro.

Alma suas turres inclinat vesta, litantque

Flora Rosas, Charites thura, Ceresque fruges.

Sola Venus licet hæc niveis assueta columbis,

Hanc timuit cypriis associare rotis.

Ipsè Deabus adest è summo Jupiter arce,

Quæque Deæ fundant vota, precesque videt;

Concutiensque caput, dextra, qua mota serenat

Sydera bis barbam mulcet, & ore refert:

Si favor est uni, si gratia tanta, columbæ,

Non Aquila in Tyrio prædo volabo solo.

Non Taurus, non Imber ero clausæ aureus arcis,

Ut placeam posthac ergo *Columbus* ero.



## CHORUS.

*Ambitionis, Invidia, Adulationis, ad Honoris Torum  
adspirantium.*

**T**ori Hymen gloria  
Prono hæc suspiria  
Non sperne Numine:  
Tua ad Imperia  
Firma stant conjugia  
Æterno foedere.

*Hymeneus.* Haud frustra in me vestra fervent studia,  
Nova hodie auspicabor connubia.

## A R I A.

Fatorum conscia  
Sic Jovis diphtera  
Læto jussit Augurio,  
Ut Taedas præparem  
Honori sponsam dem  
Fausto junctam conjugio.

*Ambitio.*

Quæcumque hinc sponsum ardescit Honorem,  
Hæc Illius sibi prius lucretur Amorem.  
Potentior me nusquam cum invenio,  
Honorem Jure mihi vendico.  
Aut quis resistat? - flectere si nequeo sydera,  
Flectam Tartara.

## A R I A.

Sum foemina,  
At viros regio  
Depello folio  
Ut Imperem:  
Per nubila  
Imponam montibus  
Montes, ut altius  
Sic penetrem.\*\*

Sponsam me dum cernitis vestra pandite suspiria,  
Et quæ in Honoris Dominio exequar suggerite consilia.

*Invidia.* Sat proterve-si tamen Honoris perveneris ad colloquia,  
Juva me tollere, opum voraginem, juva tollere Sacrificia,  
Cui bono tot Aræ, tot ædificia?  
Honoris conjux si essem, delerem omnia  
In hæc Poparum somnia:

\* Sic Semiramidis ambitio Ninum Maritum regno & vita privavit.

\*\* Gigantum fastus imposuit Pelion ossa, ut Jovem deturbaret caelo.

## A R I A.

## A R I A.

Juvencula,

Vix crescit, vix boas, vix gramina radit,  
Jam victima diis præpropera cadit,  
Hac unicus Popa pinquefcit ab re,  
Agricola,

Vix fluctuat ceres primitias floris  
Mox imolat Aris, spes fumat sudoris,  
Hoc greges, hęc agros, hoc perdit & me

*Ambitio.* Potenter loqueris, æqua sunt tua suspiria,  
Ubi nupsero Honori tu eris proxima  
Mihi meâ in Aula Pedissequa.  
Num quis superest, qui meo gaudet pasci favore?

*Adulatio.* Vix loqui audeo præ tuæ felicitatis splendore,  
Loquar tamen obsequiosissima,  
Tuo pendens ab ore famula:  
Fauftissimas precor Nuptias -  
Numquid sponsa dignior Honoris consortio,  
Nisi sit Ambitio?

---

## A R I O S E.

Absque flamma focus friget,  
Deme calcar, Equus rigit;  
Sic Honor in otio  
Torpescit  
Putrescit  
Ni urat Ambitio.

---

*Ambitio.* Amica suavissima ! tua me rapiunt eloquia,  
*Adulatio.* Ne larga nimis videaris tuum profudisse favorem,  
Meum, quo tibi fida serviam, percipe laborem.

## A R I A.

Quot Rota gyrat radios,  
Tot ego scio varios  
In vultus me mutare,  
Si me nolint amare,  
Ceu Proteus,  
Aut Polypus  
Liberta, & Mancipium,  
Nunc Domina, nunc serva sum.

*Ambitio.* Placet tuum mihi servitium,  
Plane aptum ad sæculi genium  
Cum sperata mihi venient Honoris connubia,  
Tua semper adhibeo consilia  
Nunc recto pergamus tramite ad Honoris cœlum,  
Terra fit pedum nostrorum Scabellum.

---

Abeuntes hos presso insequitur pede

*Prosa intermedia*

Per modum variationis, non connexionis inserta

Sub Titulo:

Der Teufelsbanner.

---



*Ambit.* - Quis gressui sese opponit meo,  
Fallor? num Honorem ipsum conspicio?

*Adulat.* Quanto tuus adventus me beat gaudio?

*Ambit.* Obmutescere, meum est prima ad vota venire,  
Tuum est obedire -  
Sed quid video, vultum num fugis Honor meum?  
Siste precor per Tædiferum te adjuro Deum.

*Honor.* Fugio Tetrum, quem tua proflant ora vaporem,  
Fœtidum non fero odorem.

Tunc ignava ambitio

Honoris speras te adjunxisse consortio?

Disce prius tuum, quo sordescis, factum palpare,  
Quam me amare.

## A R I A.

Honori nubere,

Polum conscendere,

Quæ tibi vana spes!

Sequipedalibus

Palpa in auribus

Cujus tu sponsa es.

Faceffite procul monstrosa Ditis capita,

Nulli vestrum mea jungatur Dexterâ,

- Faceffite, & cognata properate ad Tartara - -

\* - - Sed quam virginem humilis hic tegit angulus,

\* Exhibitio:

Altiori hanc satam stirpe vultus loquitur regius,  
Aurū crinium, Rosa oris, ebur frontis, sat clara sunt indicia,  
Majora hanc esse natam ad Imperia.  
- Eloquere Amica optima. -

*Cand. ment.* Quis meæ mihi quietis invidet solatia?

*Honor.* Amica! non invidéo tua tibi gaudia,  
Sed nova, mens est addidisse munia,  
Sic statuit Jupiter, ut vitæ mihi conquiram Sociam,  
Facilem dabis veniam, si te eligam.

*Cand. ment.* Absiste precor - *Humili præstat in loco obscurari,*  
*Quam in alto periclitari.*

## A R I A.

Ad solem Icarus dum vult volare  
Haurit hunc mare.  
Pastor ad Mænala \*  
Phæbus dum latet  
Pindi huic culmina  
Et laurus patet.  
Scandere Polum Enceladus quærit  
Fulmine perit \*\*

*Hymen.* Placet sinceritas - noscis me? -  
- Frustra reluctaris Virgo pulcherrima,  
- Immota stat Jovis sententia,  
- Qui hæc in dotem tibi mittit insignia - \*\*\*

\* Apollo dum oves pascebat in Arcadia a Jove Musis Præses est datus.

\*\* Enceladus unus gigantum, qui cælum per impositos montes conscensuri fulmine interfecti sunt.

\*\*\* Exhibitio.

*Honor.* Annulum assume hunc aureum,  
Dignum candidæ mentis præmium.

*Hymen.* Honoris hanc tibi dexteram desponsabo  
ConIvglo stabILI, propriaMqVe DICabo \*  
Mutuum vos stringat vinculum Amoris,  
Quod nulla unquam disrumpat Techna livoris,  
Deorum insuper vos inféro consortio,  
*Jovem* uterque vestro suffulciatis *consilio*.

## D U E T T O.

*Honor.*

*Candor mentis.*

Age sponsa cape dextram,

Qui non flamam spernis meam

Cordis cape pignora,

In cor sponse invola

Hæc Amoris

Fida stabunt,

Et Decoris

Perennabunt

Sponsa cape munera.

Isthæc semper pectora.

*Hymen.* Paratum conscendite torum -

Vos vero socii Divino huic conjugio

\* \* Epithalamium, intonate

Et plausum date.

\* Virg. Æneid. l. 1. v. 77.

\* \* Epithalamium Romanis erat lætus cantus, quo Neo-nuptis adplausere.

# CHORUS.

Felix plaude Patria,  
Voce, tubis consona,  
Honoris  
Candoris  
Fausta ad connubia  
Sæcla fluent aurea.

---

## PERSONÆ DRAMATIS.

<i>Hymenæus.</i>	Deus & Præses Nuptiarum.
<i>Honor.</i>	Sponsus.
<i>Candor mentis.</i>	Sponsa Honoris.
<i>Ambitio.</i>	Honoris connubium.
<i>Invidia.</i>	} Adfectantes.
<i>Adulatio.</i>	

Ut in omnibus glorificetur **DEUS.**

